

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

multis urbibus, imo oppidis et pagis illud reperitur nec vero aliqui cives *Styrenses* ab hac furtiva fascinazione sunt immunis. Aliquid e Mercurio vivo sibi emunt illudque aliquot annis, nescio in qua materia vel pixide inclusum, apud se sub axillis vel nescio in quibus locis retinent. Interea per aliquot annos nullum templum ingrediuntur, sacramentaliter nunquam confitentur nec s. communionem accipiunt, non orant, balneum quoque nullum intrant, eo quod hanc materiam nunquam vel minimum deponere audent, et multis aliis vanis et superstitiosis ceremoniis et pactis diabolicis favent et excolunt, donec tandem quasi maturescat et pro fure nocturno habile fiat. Cum enim iam omni ex parte excultum et comparatum est, deinde nocturno tempore illud idem spectrum, quocunque volunt, et pecuniam vel quamcumque aliam rem sibi commodam esse, pro ea hunc furem mittunt. Hic autem daemon non solum pecuniam aliis furatur, quod multi magno suo damno et detrimento experti sunt, dum vel aureos vel argenteos nummos ex conclusis plane cistis amiserit, sed etiam alias multas res, ligna, vina etc. Atque hac ratione possessorem suum brevi divitem reddunt, qui tamen antehac vel ipso Codro pauperior fuerat. Vicini autem talis furis de die in diem in bonis suis deficiunt, ita ut aliquando res suas ante suos quasi oculos amittant, de quo frustra apud alios conqueruntur. Sed de hac arte diabolica et fure nocturno plus quam satis dictum sit.

Witterung.
Getreide-
preise.

Acre admodum frigus per totum Decembrem inhorruit, quod tamen aurigis valde commodum fuit. Frumentum pretium fere quod superius: siligo per 9 β , triticum per 12 β , avena per 26 kr.

(*Türkenkrieg.*)

1600.

Witterung.

Principium huius anni non adeo durum fuit, mixtum enim per totum Ianuarium perduravit. Sed quo clementior Ianuarius fuit, eo rigidior et asperior Februarius extitit, frigidissimus enim aliquot dies habuit. Martius etiam varius fuit.

Waidhofen.

Nihil adeo memorabile hucusque contigit, nisi quod in festo Paschatis, quod in 2. Aprilem incidit, ex iussu D. parochi *Waidhofi* in parochiali ecclesia dialogus de Resurrectione cum magna delectatione auditorum post meridiem exhibitus fuerit. Hoc anno plures rustici cum suis uxoribus sub dicione Waidhofensi confiteri et communicare incoepere, plerique tamen adhuc sub utraque, licet antea pertinacissimi in sua religione fuerint, hac tamen ratione paulatim ad catholicam religionem attracti sunt. Qui deinde in eadem religione, licet sequenti anno communicatio sub utraque ex iussu Summi Pontificis Rom. sublata